

Catalogus auguriorum.

9337

auguria:

maximum quo salus p. R. petitur¹
quod actum est

| | | | |
|--------------------|-------------|------|------------|
| L. Aelio Lamia | M. Servilio | cos. | p. Chr. 3 |
| L. Pomponio Flacco | C. Caelio | cos. | p. Chr. 17 |

[*minora*] quae acta sunt

| | | | |
|---------------------|-------------------------|------|------------------------|
| [C. Caesa]re | L. Aemilio Paulo | cos. | p. Chr. 1 |
| [P. Vini]cio | P. Alfeno Varo | cos. | p. Chr. 2 |
| [M. Fur]io Camillo | Sex. Nonio Quinctiliano | cos. | p. Chr. 8 ^o |
| [Germ]anico Caesare | C. Fonteio Capitone | cos. | p. Chr. 12 |
| [C. Cael]io | L. Pomponio Flacco | cos. | p. Chr. 17 |

Romae, in latere cippi reperti sub Capitolio 'a capo di via Marforio' (Pasqui *Notizie degli scavi* 1910 p. 133; Costa *bull. arch. comunale di Roma* 1910 p. 119 seq. cum commentario). Cippus potest in locum illum, quo repertus est, cecidisse vel adlatus esse ex arce Capitolina, in qua fuit auguraculum. Titulum uno tenore perscriptum esse, scilicet anno p. Chr. 17, ait Costa p. 120. — 1) Significatur augurium Salutis (Dio 37, 24: τὸ οἰώνισμα τὸ τῆς ὑγίειας ὠνομασμένον . . . τοῦτο δὲ μαντείας τις τρόπος ἐστὶ, πῶστιν τινα ἔχων εἰ ἐπιτρέπει σφίσι β ἑὸς ὑγίειαν τῷ δήμῳ αἰτῆσαι), aliquando quotannis fieri solitum, nisi bellum obstabat (ἐτελεῖτο κατ' ἔτος ἡμέρα, ἐν ᾗ μηδὲν στρατόπεδον μήτε ἐπὶ πόλεμον ἐξῆι μήτ' ἀντιπαρετάτετό τισι μήτε ἐμάχετο), sed diu intermissum, revocatum ab Augusto post pugnam Actiacam (Dio 51, 20; Suet. Aug. 31) et post aliam interruptionem (annorum quinque et viginti, si verus est numerus in codice Taciti scriptus) a Claudio anno p. Chr. 49 (Tac. ann. 12, 23). Cur annis potissimum p. Chr. 3 et 17 auguria haec facta sint, non perspicitur; nec magis quomodo cum maximis his auguriis coniuncta fuerint minora inferiore loco perscripta. Fortasse eiusdem generis fuerunt et eodem pertinebant, sed minus perfecta erant minusque valida credebantur; παρχαλεπὸν ἦν καθαρὰν ἀπὸ πάντων αὐτῶν ἡμέραν ἀκριβῶς τηρῆσαι ait Dio 37, 24, de addubitato Salutis augurio loquitur Cicero de div. 1, 47, 105. Ceterum cf. Serv. ad Aen. 12, 176 precessionem maximam in auguriis a nescio quibus precessionibus minoribus distinguentem; item Festum p. 161, 20: 'in Salutis augurio praetores maiores et minores appellantur'.

Fasti sacerdotum populi Romani.

9338

1.

. a r i o s c¹
exau]gurat.² decur[ia . . .⁴
. . . Lentul. cos.³ C. Marcius C. f. Rutilus⁵ c[o]optatus
p. R. c. a]n. X . . . M. Valerio M. f. Corvin[o Q. Apuleio] cos. a. u. c. 454 Varr.
post R. c.⁶ an. CCC[CLIII]⁷
Q. Mam]ilius Q. f. Turrinu[s⁸ cooptatus